manib9 ſubminiſtrat cibum
quem ipa coxerat apponit
Ipa illo ſedente eminus
ſecundum famularum diſci:
plinam ſolo fixa conſiſtit
immobilis per omnia mini:
ſtrantis modeſtiam et humi:
litatem exhibens ſeruientis
miſcuit ipa bibituro et
ipa porrexit. finita cenu:
la fragmenta panis abſump:
ti micaſque collegit ſatis
fideliter illas reliquias im:
perialib9 epulis anteponens
Beata mulier tante pie:
tatis affectu illi merito co:
paranda que venit a finib9
terre audire ſalomonem
ſi quidem ſimplicem ſequamur
hiſtoriam Sed fides reginarum
eſt conferenda Quod michi
liceat ſeparata miſterij
maieſtate dixiſſe Illa ex:
perijt audire ſapientem iſta
non tantum audiſſe contenta
ſed et meruit ſeruire ſapi:
enti Adhec Poſtumianus
Iam dudum inquit galle au:
diens te loquentem vehe:
menter admiror regine
fidem Sed illud ubi eſt quod
nulla unquam femina fere:
batur propius aſtitiſſe martino
Ecce iſta regina non ſolum

aſtitit ſed etiam miniſtrauit
Et uereor ne iſto aliquan:
tulum ſe tueantur exemplo
qui libenter feminis inſerunt
Tum gallus Quid tu inquit
non vides quod ſolent docere
grammatici locum tempus
perſonam propone enim tibi
ante oculos captum in palacio
imperatoris precibus ambi:
ri regine fide cogi tempo:
ris neceſſitate conſtringi
ut clauſos carcere liberaret
exilijs datos reſtitueret
hec quanti putas conſtare
epo debuiſſe ut proſſijs cib9
non aliquantulum de rigore
propoſiti relaxaret Veruntamen
ex occaſione huius exempli
male uſuros eſſe aliquos
arbitraris Illi uero felices
erunt ſi a diſciplina exem:
pli iſtius viri non recedant
Videant enim quod martino
ſemel tantum in uita iam ſep:
tuagenario non vidua libera
non virgo laſciuiens ſed ſub
viro viuens ipo viro pariter
ſupplicante regina ſerui:
uit et miniſtrauit hec edenti
aſtitit non cum epulante
diſcubuit Nec auſa eſt par: